

OFFICIA PROPRIA

DIOCESES

BEROLINENSIS

JUSSU ET AUCTORATE
REVERENDISSIMI
ET EXCELLENTISSIMI DOMINI

CONRADI DE PREYSING
EPISCOPI BEROLINENSIS

EDITA

RATISBONAÆ

PARS HIEMALIS

1939
RATISBONAÆ

SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET
S. SEDIS APOSTOLICÆ ET S. RITUUM CONGREG. TYPOGRAPHI

SACRA CONGREGATIO RITUUM

No. B. 14/39

BEROLINEN.

Post novi Kalendarii Diœceseos Berolinensis diei 23 Octobris anno 1931 approbationem, Exc.mus ac Rev.mus Dominus Conradus de Preysing, Berolinensis Episcopus, Officia propria in usum cleri sibi commissæ Diœceseos concinnanda curavit, et Sanctissimi Domini nostri Pii Papæ XII iudicio reverenter subjecit. Eo-rundem vero Officiorum revisione et emendatione diligentissimo studio peracta, Sacra Rituum Congregatio ea probari posse censuit. Facta postmodum super hæc Eidem Sanctissimo Domino nostro per in-frascriptum E.mum Cardinalem Præfectum relatione, Sanctitas Sua, Officia propria Diœceseos Berolinensis, prout in adjecto prostant exemplari, probare et ab ejusdem Diœceseos clero adhibenda concedere benigne dignata est; servatis Rubricis et Declaratione de Sanctis vel Beatis alicubi publico cultu honoratis absque certo S. Sedis decreto vel indulto, die 28 Aprilis 1914 data. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 21 Junii 1939.

L. † S.

C. Card. Salotti S. R. C. Præfector
A. Carinci S. R. C. Secretarius

APPROBATIO

Concordat cum originali approbato.

Berolini, die 20 Augusti 1939

PRANGE

Vic. Gen.

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 26 Augusti 1939

v. n.

DR. DOEBERL

KALENDARIUM
DIŒCESIS BEROLINENSIS

a Sacra Rituum Congregatione
revisum et approbatum die 23 Octobris 1931

November

- | | | |
|---|----|--|
| b | 27 | |
| c | 28 | |
| d | 29 | Vigilia. Com. S. Saturnini Mart. |
| e | 30 | † S. Andreæ Apostoli, duplex II classis. |

December

- | | | |
|---|----|---|
| f | 1 | S. Bibianæ Virg. et Mart., semiduplex. |
| g | 2 | S. Francisci Xaverii Conf., duplex majus. |
| A | 3 | S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex. Com. S. Barbaræ Virg. et Mart. |
| b | 4 | Commemoratio S. Sabbæ Abb. |
| c | 5 | S. Nicolai Ep. et Conf., duplex. |
| d | 6 | S. Ambrosii Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex. |
| e | 7 | †† Conceptione immaculata B. Mariæ Virg. , duplex I classis cum Octava communis. |
| f | 8 | De Octava Conceptionis immaculatae, semiduplex. |
| A | 9 | De Octava Conceptionis immaculatae, semiduplex. Com. S. Melchiadis Papæ et Mart. |
| b | 10 | De Octava Conceptionis immaculatae, semiduplex. Com. S. Damasi I Papæ et Conf., semiduplex. Com. Oct. Conceptionis immaculatae. |
| c | 11 | De Octava Conceptionis immaculatae, semiduplex. |
| d | 12 | S. Lucia Virg. et Mart., duplex. Com. Oct. Conceptionis immaculatae. |
| e | 13 | De Octava Conceptionis immaculatae, semiduplex. |
| f | 14 | De Octava Conceptionis immaculatae, semiduplex. |
| g | 15 | Octava Conceptionis immaculatae B. Mariæ Virg., duplex majus. |
| A | 16 | S. Eusebii Ep. et Mart., semiduplex. |
| b | 17 | |
| b | 18 | |
| c | 19 | |
| d | 20 | Vigilia. |
| e | 21 | † S. Thomæ Apostoli, duplex II classis. |
| f | 22 | |
| g | 23 | |
| A | 24 | |
| b | 25 | Vigilia.
†† Nativitas D. N. J. C. , duplex I classis cum Octava privilegiata III ordinis. |
| c | 26 | † S. Stephani Protomartyris, duplex II classis cum Octava simplici. Com. Octavæ Nativitatis. |

*

Kalendarium

d	27	† S. Joannis Apostoli et Evangelistæ, duplex II classis cum Octava simplici. Com. Octavæ Nativitatis.
e	28	† Ss. Innocentium Martyrum, duplex II classis cum Octava simplici. Com. Octavæ Nativitatis.
f	29	S. Thomæ Ep. et Mart., duplex. Com. Octavæ Nativitatis.
g	30	De Octava Nativitatis, semiduplex.
A	31	† S. Silvestri I Papæ et Conf., dupl. Com. Oct. Nativitatis.

Januarius

A	1	† Circumcisio Domini et Octava Nativitatis, duplex II classis. Dominica inter Circumcisionem et Epiphaniam — Sanctissimi Nominis Jesu, duplex II classis.
b	2	Octava S. Stephani Protomartyris, simplex.
c	3	Octava S. Joannis Ap. et Ev., simplex.
d	4	Octava Ss. Innocentium Mm., simplex.
e	5	Vigilia Epiphaniæ, semiduplex. Com. S. Telesphori Papæ et Mart.
f	6	†† Epiphania Domini, duplex I classis cum Octava privilegiata II ordinis. Dominica infra Octavam Epiphaniæ — Sanctæ Familiae Jesu, Mariæ, Joseph, duplex majus. Com. Dominicæ et Oct.
g	7	De Octava Epiphaniæ, semiduplex.
A	8	De Octava Epiphaniæ, semiduplex.
b	9	De Octava Epiphaniæ, semiduplex.
c	10	De Octava Epiphaniæ, semiduplex.
d	11	De Octava Epiphaniæ, semiduplex. Com. S. Hygini Papæ et Mart.
e	12	De Octava Epiphaniæ, semiduplex.
f	13	Octava Epiphaniæ, duplex majus.
g	14	S. Hilarii Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex. Com. S. Felicis Presbyteri et Mart.
A	15	S. Pauli primi Eremitæ, Conf., duplex. Com. S. Mauri Abb.
b	16	S. Marcelli I Papæ et Mart., semiduplex.
c	17	S. Antonii Abbatis, duplex.
d	18	Cathedra S. Petri Romaæ, duplex majus. Com. S. Pauli Ap. et S. Priscæ Virg. et Mart.
e	19	Ss. Mariæ, Marthæ, Audifacis et Abachum Mm., simplex. Com. S. Canuti Regis, Mart.
f	20	Ss. Fabiani Papæ et Scbustiani Mm., duplex.
g	21	S. Agnetis Virg. et Mart., duplex.
A	22	Ss. Vincentii et Anastasii Mm., semiduplex.
b	23	S. Raymundi de Peñafort Conf., semiduplex. Com. S. Emerentianæ Virg. et Mart.
c	24	S. Timothei Ep. et Mart., duplex.
d	25	Conversio S. Pauli Ap., duplex majus. Com. S. Petri Ap.
e	26	S. Polycarpi Ep. et Mart., duplex.
f	27	S. Joannis Chrysostomi Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex.
g	28	S. Petri Nolasci Conf., duplex. Com. S. Agnetis Virg. et Mart. secundo.

Kalendarium

A	29	S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex.
b	30	S. Martinæ Virg. et Mart., semiduplex.
c	31	S. Joannis Bosco Conf., duplex.
		Februarius
d	1	S. Ignatii Ep. et Mart., duplex.
e	2	† Purificatio B. Mariæ Virg., duplex II classis.
f	3	S. Blasii Ep. et Mart., simplex.
g	4	S. Rabani Mauri Ep. et Conf., duplex. Com. S. Andreæ Corsini Ep. et Conf., duplex.
A	5	S. Agathæ Virg. et Mart., duplex.
b	6	S. Titi Ep. et Conf., dupl. Com. S. Dorotheæ Virg. et Mart.
c	7	S. Romualdi Abb., duplex.
d	8	S. Joannis de Matha Conf., duplex.
e	9	S. Cyrillii Ep. Alexandrinæ, Conf. et Eccl. Doct., duplex. Com. S. Apolloniæ Virg. et Mart.
f	10	S. Scholasticæ Virg., duplex.
g	11	Apparitio B. Mariæ Virg. immaculatæ, duplex majus.
A	12	Ss. septem Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V., Cc., duplex.
b	13	
c	14	S. Valentini Presbyteri et Mart., simplex.
d	15	Ss. Faustini et Jovitæ Mm., simplex.
e	16	
f	17	
g	18	S. Simeonis Ep. et Mart., simplex.
A	19	
b	20	
c	21	
d	22	Cathedra S. Petri Ap. Antiochiae, dupl. majus. Com. S. Pauli Ap.
e	23	S. Petri Damiani Ep., Conf. et Eccl. Doct., dupl. Com. Vigil.
f	24	† S. Matthiae Apostoli, duplex II classis.
g	25	
A	26	
b	27	S. Gabrielis a Virgine Perdolente Conf., duplex.
c	28	
		Martius
d	1	
e	2	
f	3	
g	4	S. Casimiri Conf., semidupl. Com. S. Lucii I Papæ et Mart.
A	5	
b	6	Ss. Perpetue et Felicitatis Mm., duplex.
c	7	S. Thomæ de Aquino Conf. et Eccl. Doct., duplex.
d	8	S. Joannis de Deo Conf., duplex.
e	9	S. Francisca Romanæ Viduæ, duplex.
f	10	Ss. Quadragesima Martyrum, semiduplex.
g	11	
A	12	S. Gregorii I Papæ, Conf. et Eccl. Doct., duplex.
b	13	

OFFICIA PROPRIA

DICECESIS BEROLINENSIS

PARS HIEMALIS

Die 4 Februarii

* S. Rabani Mauri
Episcopi et Confessoris

Duplex

V. Amávit eum Dóminus,
nus, et ornávit eum. R.
Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Sacér-
dos et Póntifex, * et vir-
tútum ópifex, pastor bone
in pôpulo, ora pro nobis
Dóminum.

Oratio

D eus, qui pôpulo tuo
ætérnæ salutis be-
átum Rabánum
minístrum tribuísti: præ-
sta, quæsumus; ut, quem
doctórem vitæ habuimus
in terris, intercessórem ha-
bére mereámur in cælis.
Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S.
Andreæ Corsini Ep. et Conf.
(duplex):

Ant. Amávit eum Dómi-
nus, et ornávit eum: sto-
lam gloriæ induit eum, et
ad portas paradísi coro-
návit eum.

V. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas. R.
Et osténdit illi regnum
Dei.

Oratio

D eus, qui in Ecclésia
tua nova semper in-
stáuras exémpla virtú-
tum: da pôpulo tuo beáti
Andréæ Confessóris tui
atque Pontíficis ita sequi
vestígia; ut assequátur et
præmia. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

R abánus cognoménto
Maurus, húmili apud
Buchónios Germániae pô-
pulos génere ortus, ab ad-
olescéntia sua sacrárum
litterárum lectioni ac
meditatióni inténtus, adhuc
júvenis ad sancti Bene-
dicti régulam se applicuit
in eádem, in qua natus et
altus, urbe Fuldeñsi, tam
móribus quam scíentia mi-
rabiliter profécit et exín-
de, ut álli ibi quoque pro-
ficerent, laborávit, schola

pública in cœnóbio Fuldénsi institúta, quam étiam abbas egrégie promóvit tanto religiosorum illorum emoluménto, ut eorum sub hujus ducis et magistri cura et disciplína laus et fama per totam Európam celebráta fúerit. Ipse tum propter eximiam vitæ sanctitátēm, tum propter incomparabilem scíentiam scripturárum a sancto Albérto Magno ecclésiæ doctórís elogio décoratus est. Ad extrémum tamen nonnúllos religiosorum sibi infénsos hábuit, qui dicébant, nímium lítteris inténtum temporália negligere: quorum iræ ut locum daret, relícto monastério, ad Ludovicum Pium Imperatórem sese recépit.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. **Manus.**

Lectio v

Ita vir mitíssimus non, quæ sua sunt, quærens, suæ cessit abbatiae et recéssit inglórius; verum Deus pro Fulda repéndit

Mogúntiam, Otgárii archiépiscopi decéssu pastóre destitútam, ubi ille velut e sublimiori loco clárius resplénduit. Ad serván-dam fidei integritatēm et reformándos tam cleri quam pópuli mores intén-tus únicē, duas coégit Sýnodos, provinciálem unam, nationálem áleram et in iis hæresiárcham Godeschálcum, de prædestinatíone male sentiéntem, damnávit et ália quam plúrima ad decórem et utilitatēm ecclésiæ constituit, pro cuius immunitatē étiam eo tempore passim a ministris príncipum sacerdáti-um pessúmdata severíssimas leges cóndidit et eárum ratihabitionem ab imperatōre velut sanctæ Dei ecclésiæ advocáto, missa ad eum epístola synódica, obtinuit.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi éléctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

Lectio vi

In páuperes insígni semper misericórdia ferebáatur, quam anno octin-

gentésimo quinquagésimo, cum gravíssima fames Germániam oppressísset, exhibuit, dum in dies plus quam trecéntis victum præbuit, excéptis iis, qui in præséntia ipsius vescebántur assidue. Tandem continuis pro glória Dei labóribus exháustus, ad vitam migrávit immortalem quarto die Februarii, anno Dómini octingentésimo quinquagésimo sexto, pontificátus sui nono. Sacrum ejus corpus in ecclésia di-vi Albáni Mogúntiæ tumulátum ab Albérto car-dinali et archiepíscopo Moguntíno cum reliquiis sancti Máximi solémi processió Hallas in Saxóniam auctoritatē apostólica translátum est.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operáitus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et per-vénit ad cælestia regna. **Ipse. Glória Patri. Ipse.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Vigiláte, de Communi Conf. Pont. 2 loco.

Pro S. Andrea Corsini:
Lectio ix

An dréam, Floréntiæ ex nóbili Corsinórum família natum, paréntes précibus a Deo impetrárunt, et Deíparæ spopondérunt. Adoléscens pie educátus, sensim ad vitia proclivis, saepe a matre increpátus fuit. Ubi autem cognovit se paréntum voto beátæ Vírgini dicátum fuísse, Dei amóre succénsus, Carmelitárum institútum ampléxus est, cujus regímini in Etrúria præfetus fuit. Intérea Fesulána ecclésia, suo viduáta pastóre, eum sibi epíscopum éligit; quod munus, ne divinæ contradíceret voluntati, tandem suscépit, et summo cum animárum zelo et pastoráli sollicitudine adimplévit. Ab Urbáno quinto ad sedáandas Bonóniæ turbas legátus missus, mortália cívium ódia, summa prudéntia restínxit. Assíduis labóribus ac pœnis conféctus, quiévit in pace anno millésimo tercentésimo septuagésimo tértio, atq[ue]tatis suea septuagésimo primo. Quem Urbánus octávus Sanctórum número adscripsit. Te Deum laudámus.

Ad Laudes

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitua, dicit Dóminus.

Oratio

Deus, qui pôpulo tuo ætérna salútis beatum Rabánum ministrum trubísti: præsta, quæsumus; ut, quem doctórem vita habuimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Andreæ Corsini:

Ant. Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pôpulo, ora pro nobis Dóminum.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam gloriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla virtútum: da pôpulo tuo beáti Andréæ Confessóris tui atque Pontíficis ita sequi vestígia; ut assequátur et prémia. Per Dóminum.

In II Vesp. a Cap. de S. Agatha Virg. et Mart. Com. S. Rabani Mauri:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradísi corónávit eum.

V. Justum dedúxit.

Oratio Deus, qui pôpulo, ut supra.

Deinde fit Commemoratio S. Andreæ Corsini:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitua, dicit Dóminus.

V. Amávit eum.

Oratio Deus, qui in Ecclésia, ut supra

ADDENDA ET VARIANDA IN LECTIÖNE MARTYROLOGII

JUXTA KALENDARIUM BEROLINENSE PROPRIUM

Die 4 Februarii

Moguntiæ sancti Rabáni Mauri, primo Abbátis monastérii Fuldensis, deinde Archiepiscopi Moguntíni, qui doctrína et sanctitaté vitæ Germániam per decem círciter lustra illustrávit.

Juxta declarationem S. Rituum Congregationis diei 28 Aprilis 1914 in hoc Proprio Asterisco notatur Sanctus, qui neque in Martyrologio Romano descriptus est neque publico cultu a Sancta Sede certe decreto et confirmato potitur, sed ex immemorabili consuetudine publico ac religioso cultu honoratur cum Officio et Missa.